

Tido Heinrich Lith von der Johann Samuel Stryk


**Quod Felix Et Faustum Sit, Serenissimo Potentissimoque Principi Ac Domino,  
Domino Friderico, Regi Borussiae ... Regi Ac Domino Nostro Multum  
Clementissimo, Natalem IV. Regni Borussici XVIII. Ianuar. MDCCIV In Regia  
Fridericana ...**

Halae Magdeburgicae: Henkelius, [1704]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829093257>

Druck Freier  Zugang





Zur Danksch.  
Herrn v. ...

10  
aufgegeben  
Rei. Reinhold v. Gumpel

45  
1-72  
Rf-7538(1.) cum annexis.

QVOD FELIX ET FAVSTVM SIT,  
SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE  
PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

**FRIDERICO,  
REGI BORVSSIAE,**

**MARCHIONI BRANDENBVR-  
GICO, S. ROM. IMP. ARCHICAMERARIO  
ET ELECTORI, SVPREMO PRINCIPI ARAVSIO-  
NENSI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM,  
STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINEDORVM, ET  
IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI,  
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, CAMINI, COMITI HO-  
HENZOLLERAE, MARCAE, RAVENSBERG, LINGAE, MEVR-  
SAE, BVRAE ET LEERDAM, MARCHIONI VEHRAE ET  
VLISSINGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI, LAVEN-  
BVRGI, BVTOVIAE, ARLAY ET BRED A,  
CETERA,**

*REGI AC DOMINO NOSTRO MVLTVM  
CLEMENTISSIMO,*

**NATALEM IV. REGNI BORVSSICI**

XVIII. IANVAR. ANN. CIO IOCCIV

IN REGIA FRIDERICIANA

FINITIS SACRIS MATVTINIS

GENEROSVS ET NOBILISSIMVS IYVENIS

**TIDO HENRICVS von der Litzl**

EQVES MAGDEBVRGICVS,

**PVBLCO ACADEMIAE NOMINE**

DEMISSISSIME DEVOTISSIMEQVE  
GRATVLABITVR.

**AD QVAM PANEGYRIN OMNES HVIVS  
LOCI PROCERES ET ERVDITOS CIVES**

QVO PAR EST HONORE AC HVMANITATE INVITAT  
ACADEMIAE PRORECTOR

**IO. SAMVEL STRYKIVS, IC.**

SERENISS. VIDVAE SAXO-ISENAC. CONSILIAR. AVL.  
ET IVRISPR. PROF. P. SVIQ. COLLEGII DECANVS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Exscripsit CHR. HENKELIVS, ACAD. TYPOGR.



Vod ingens Dei immortalis beneficium est, stat firmatum munitumque REGNUM BORUSSIAE, ceteraque PROVINCIAE omnes, quæ serenissimo potentissimoque REGI BORUSSORVM, DOMINO nostro indulgentissimo parent, pacatae sunt & tranquillatae, caelesti tuente providentia. Horribilis undique sonitus armorum exauditur, vastantur regiones, vrbes expugnantur, spoliantur: nos vero beneficentissimum Numen praestitit tutos, & incolumes seruauit: cuius praesidium si in futurum quoque exorari possit, impauidi consistemus, nec concussi Orbis nos ruinae ferient. Sed tota haec res voti est, non nostri arbitrii, nec humanae potestatis: Deo autem propitio, & bene consilia nostra adiuuante, succedit. Fruimur interea praesentium voluptate, nec non spe oblectamur futurorum, & quæ temporibus disseparata sunt, animorum praesumptione coniungimus. Non enim incertae significationes sunt, quas de caelo obseruamus; qui nostris votis benigne adhuc adnuit, eundem & in posterum fore mitem & beneficum, si nova vota rite, hoc est sincero studio & pura mente susceperimus. Quartum nunc NATALEM REGNI celebramus, tribus feliciter exactis annis. Quæ fors anni futura ineuntis sit, non nostrae prudentiae est praecognoscere; Christianae autem fiduciae, numquam non bene sperare, quia bonitas Dei & aeterna est & sine fine abundans ac opulenta. Nec desunt nobis bonae spei argumen-

menta, quæ ex sacratissimi REGIS pietate, & ex iustitia EIVS & fortitudine capiamus. Pietatis enim singularis est, quod NATALEM hunc quartum ipse concelebrari iussit, non ludis aut rebus ad luxum & pompam facientibus, sed votis atque precibus, & pro malis, quæ circumstant, auerruncandis, ad omnes aras demissa & pia supplicatione. Est & iustitia origo nouæ spei, quia, Deo indulgente, prosperitatem illa promeretur. Fortitudo autem est præcipua quæ patriam tuetur, & hostes a finibus propellit, & suis pacem ac securitatem reducit ac defendit. Ad hanc Mens REGIS aurea, quam plus de communi cælo, quam vllus, hausit, respicit quum super exercitus fortissimos, quibus foris aduersus communes hostes pugnat, per omnes Prouincias domesticam militiam instituit, & iuventutem armis exerceri, ac in cohortes ac legiones describi iubet, vt, qui intus sunt in Prouinciis, secure agros colant, & pecora pascant, ac officinas exercent, & quod præcipuum est, liberalibus studiis, vnde salus est rei publicæ, inperturbati operentur, ac cetera agant omnia, quæ pacis ornamenta sunt, & publicam felicitatem stabiliunt. Nam nisi securitas in finibus defendatur, nulla prouincia tam opulenta est, tam fertilis agrorum vbertate & varietate fructuum, quin & terrore belli, etiam si nulla facta sit irruptio, ingens damnum in publica & priuata re capiatur: quod prouidentissima REGIS cura hoc nouo Prouincialis Militiæ instituto parata est auertere, ac suis tranquillitatem

tatem atque otium, pacisque cuncta studia & ornamenta conseruare. Quod pium, prouidum, ac vere REGIVM factum quando magis conuenit ad animum aduocare, quam hoc natali Regni die, quo lætandum gratulandumque est de omnibus, quæ ex summo illo fastigio maiora commoda & fortius præsidium ac stabilitamentum habet patria. In quo studio præibit nobis generosus ac nobilissimus iuuenis

**TIDO HENRICVS** von der Litz!

Eques Magdeburgicus,


& patrio sermone, eoque compto, tam potentissimo REGI de faustis quarti anni auspiciis demississime gratulabitur, quam Regium defendendæ patriæ institutum ornatisime prædicabit, simul omnes ad nova vota facienda exhortaturus. Quem nobilem Oratorem vt omnes REGIAE DOMVI deuoti, Viri summi, sacra vice rempublicam REGENTES, ceterique PROCERES vtriusque Ordinis; præcipue qui Academiae hic causa degunt, serenissimus PRINCEPS DVX SAXONIAE, illustrissimi COMITES ac BARONES, amplissimi PROFESSORES, generosiac præstantissimi IUVENES, Cives nostri, die crastini finitis matutinis sacris in Collegio benigne audiant, & nobiscum quæ huius temporis sunt, gratulando & bene precando alacres ac frequentes faciant; quo par est studio, honore ac humanitate rogamus & admoneamus. P. P. Halæ xvii Ianuar.

CICICIV.

17. Apr. 1955

28. Mai 1956





de manu cytharam, jures Helicone creatam.

Dianam lateri juncta pharetra facit.

genii & formae referam quid munera? nostro

Non sunt, pro meritis, haec referenda sono.  
omnia verum uno liceat comprehendere verbo:

Ingens ut Mater, talis & Illa fuit,  
later, Cui Divum genetrix Berecynthia cedit:

Cum tulit Hanc, cunctas protulit Illa Deas.  
haec sed foeminei periit nunc gloria sexus;

Cogimur & nunc hoc dicere triste: fuit!  
Ille oris splendor, oculisque afflata venustas,

Majestas vultus & veneranda, fuit!

Patriae falsas in lumina lymphas

, &, heu! partem plorat abesse Sui.

Regem moeror nunc vincit acerbus.

nitò in lacrymas, Rex FRIDERICE, pias!

or pompae, monumenta, & nobile marmor,

na vix Phariis conspiciuntur agris,

Summe, Tui praegrandia signa doloris:

et perfectos sic pietas numeros.

axis Carum regina mariti

ndit nomen secla per ampla sui.

ta Tuae statuis monumenta Maritae:

ngui Lethes flumine nescit amor)

rgensi, Conjux quam condidit, arcu

ris iam de nomine nomen erit.

mus alta fuit tantum, nunc crescit in urbem,

nae ut tantae nomine digna foret.

ni non sterilis conjunxit foedere lecti,

exoptata Prole beavit amor.

nae gentes, & quicquid in orbe Boruffo est

mit, ut queritur Daulias ales Ityn.

& lacrymis Spraeae quoque crescere flumen,

folitus lymphas alveus ipse tenet.

ta, ob funus tantum, dirumpit amictus,

betus & pulcrum est vellere caesariem:

tu, Quam fovi, clamat, tradenda sepulcro est!

ra negat moeror, corde tremente, loqui.

e flete o terrae, cum lumine vestro

tarunt nentes invida busta Deae!

Sed

